



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

362. Feria 6. Dominica 3. Adventûs. De carne D. Jesv plena sanctitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 6. Domin 3. Adventus. 647

one Patris gloriam quæsit. 3. Omnem mundi delectationem sprevit. 4. Et desiderium placendi hominibus. 5. Et vanas & inutiles cogitationes. 6. Et superfluas curas in rebus agendis. 7. Amaritudinem & indignationem. 8. Pusillanimitatem cordis, quia omnia Patri submittebat. 9. Appetitum terrenæ consolationis non admisit. 10. Sine anxietate tranquillè operabatur. 11. Sine impatientia intermissiones & contumelias. 12. Propriam voluntatem non fecit, ut Patris voluntatem impleret.

MEDITATIO CCCLXII.

Feria 6. Domin 3. Adventus

*De carne D. IESV plena sanctitate.*

Aspiciam D. IESV corpus clarius sanctitate: quam sol luce Quia singulariter sanctum fuit, quod Virgo concepit Bernard Ser. 4. Super Miss. Petam ejus fieri particeps.

Conf. 1. Carnem D. IESV fuisse sanctam iuxta capacitatem suam. 1. ut sociam animæ sanctæ & pars humanitatis Christi. 2. Quia conjuncta Deo: sunt autem maxime sancta, quæ Deo conjunctissima, ejusque cultu digna. 3. Quia ei debetur beatitudo, propter unionem & gloriam animæ, & hoc fuit speciale miraculum, quod Corpus & Caro Christi fuerit privata ad tempus gloriâ suâ propter

nos

648 FERIA 6. DOMIN. 3. ADVENTUS.

nos ad ostendendam veritatē Incarnationis,  
& ad dandum nobis exemplum passionis. 4.  
Quia Caro Christi sanctificatrix & vivifica-  
trix effecta est. Fuit igitur mundissima, inca-  
pax omnis maculæ, & culpæ, & fominis, o-  
mnisque inordinationis, & defectus, qui in-  
decentiam includat; sicut nec in anima  
Christi ullus fuit defectus scientiæ, gratiæ,  
vel propensio ad malum vel difficultas in  
bono: Sic neque in corpore fuit ægritudo,  
vel deformitas, quæ oriuntur ex imperfecta  
virtute formationis corporis, aut imperfecto  
regimine corporis.

*Conf. 2.* Nihilominus propter nos assump-  
sit in corpore defectus irreprehensibiles,  
quia Corpus Christi fuit passibile, mortale,  
grave, opacum, fatigabile, famens, sitiens,  
frigens, calens, & ab extrinseco languores fe-  
rens: quos defectus irreprehensibiles assump-  
sit in corpore, ut beneficio redemptionis  
accipiant corpora nostra in hac vita virtutē  
& auxilium, & sint organa justitiæ & sancti-  
tatis in agendo, & sustinendo. Præterea ut  
accipiant bona omnia quæ sunt media ad  
salutem æternam utilia. Petam corpus

meum corpus mortis & peccati sanctificari  
dicendo: Anima Christi sanctifica  
me, Corpus Christi

&c.

MEDI